

Nostri detribus Symbolis.

Calixti Sicieniori in Augustini libro 4 de doctrina Christiana et Vincentij commentacione.

Oratio paracoyrica.

Disputat. de Paulis.

de Baptismo & Eucaristia

de Sacro Santa Domini cœna.

de statu animarum. Separatione.

~~de indecim ihs. Arianois.~~

Programma. ihs. Neukastium.

~~de confessione. ihs.~~

Stylus ihs. Bugbereri.

23

PROGRAMMA
GEORGII **C**A-
LIXTI S. THEOLOGIÆ
Doctoris & Professoris or-
dinarij

ad

S. S. THEOLOGIÆ STU-
DIOSOS

IN ILL. ACAD. JULIA
P. P.




clo clo cxxv.



SANCTÆ THEOLOGIÆ
STUDIOSIS. S. D.

Georgius Calixtus D.



Xplicationem capi-
tum doctrinæ, sive, ut vocari con-
sueverunt Locorum communis
um ante ipsas paschæ ferias Tra-
ctatu adversus visibilem Ecclesia-
sticam monarchiam, qvam ponti-
ficij fingunt, ad calamum dictitato conclusi, ut vobis,
studiosi Juvenes notum est. Eandem telam ex ratio-
ne demandati mihi numeri denuò exorsurus à scriptu-
râ, ut aliâs fieri amat & necesse omnino est, initium fa-
ciam, & de ejus auctoritate, necessitate, perspicuitate,
Interpretatione ea dicam, qvibus primum hoc univer-
sæ Theologicæ disciplinæ principium egregiè cum
confirmetur tum illustretur & pontificiorum cir-
ca id ipsum errores, partim absurdî partim Impij refu-
tentur. Intellexi autem per manus vestras vagari e-
pistolam qvandam, qvam ante annum ad me dedit
Bartoldus Nihusius vitio mentis sive Inju-

A 2

riâ qva-

riâ qvadâm irritatæ sive aliâ quacunq; de causâ ægræ
ex Catholico-reformato factus superstitiosus & ridi-
culus (utinam non etiam impius) papista. Eâ ante
annum, ut modò dixi, Colonia Vbiorum ad me trans-
missâ impugnare conatus est, qvæ de primo Theolo-
gico principio cum pro verâ, tum adversus falsam
pontificiorum & in primis Jesuitarum sententiam do-
cui & ipse aliquando ex me audierat. Nullo eqvi-
dem epistolam illam prosequutus sum responso, par-
tim qvod qvicqvid mihi superest temporis, rectius
qvam in epistolis scribendis collocare soleam; partim
qvod compertum haberem; qvam tenaciter homo
profundæ melancholiæ opinionibus suis, qvas seor-
sim à familiarium & amicorum conscientiâ animo
impressisset, adhæresceret: præcipue verò qvòd intel-
ligerem, eò processisse ipsum, unde pedem referre non
posset; viderem etiam, cum religione, mutasse mores
& abjectâ modestiâ aculeatis verbis, qvæ à Convicio
parum abessent, invehi in immerentem, à qvo se læ-
sum nunquam sæpius adjutum ipse, velit, nolit, haut
diffitebitur. Eò autem facilius ignovi, qvò certior
eram magis vitio mentis, qvam certo iudicio cum ad
partes transiisse, tum mihi, cui non parum alias debere
sese haut semel professus esset, sive maledicere; sive illu-
dere.

dere. Sibi itaq; permittendum censem, qvem a-
træ suæ bili, fixis imaginationibus inscribere animad-
verterem, qvicq; fortè offerretur vel opinaretur,
adeo ut se sat scire profiteatur, mihi ad objectio-
nes, qvas protulisset, obmutescendum. Sat etiam
scire, Masoram, (hodie cujus non manibus tritam?)
numq; mihi visam. Et qvid non sat scibit,
qui ferè decennio, nisi fallor, me familiari minimè u-
sus, qvin magnâ locorum intercapedine à me disiun-
ctus, sat tamen scit qvosq; cunq; ego non anteà modò,
sed ex eo qvoq; tempore libros viderim? Mirum, nî
qvos ego in bibliothecâ meâ codices possideo, ipse
ignorem, & ut sciam, ex aliquo nupero Pontificio re-
velationibus innixo, discere necesse habeam? Sed hæc
ego non revelationibus, sed melancholiæ & melan-
cholicis persvasionibus imputo.. Minus itaq; miror,
tyronem pontificiæ Sectæ, qui dum meliorum par-
tium esset, ob instabilitatem mentis ad qvosvis rumu-
sculos trepidæ, nunq; uni studio sese constanter
addicere potuerit, ampullari & paratragædiare, quasi
legiones spiritu difflare valeat, & tantum non in Ec-
clesiam, matrem suam, ex qvâ ipse genitus est, sœvire.
Omnium enim id est transfugarum, ut in eos, qvos de-

seruerunt, s̄ēviant, ne p̄arum bonā fide descivisse vi-
deantur. Non possum autem non magnopere admira-
ri vicinos nostros Hildesienses Papistas,
in qvorum manus qvum epistola ista sive casu sive au-
toris operā pervenisset, invenisse se rati non qvod pue-
ri in fabâ, publici juris eam fecerunt, ne tam præcla-
ram stoliditatis suæ prodendę occasionem amitterent.
Qvum enim tam diu m̄ea, qvæ de principio Theolo-
gico scripsi publicè exstiterint, acqvid ex se & suo penu
objectiunculas aliquas proferre neq; viverunt, nisi à no-
bis defecisset, qvi operam suam eā in re commodaret?
Qvòd si igitur ille apud nos nihil didicisset, aut à nobis
ad ipsos numquam transivisset, non haberent unde pu-
gnas somniarent, nec verissimx doctrinæ frigidissi-
mam ullam objectiunculam umquam opposuissent.
Qvin rei suopte marte gestæ adeo miseros pudet, ut
qvum alias qvæcunq; in *avvocatio* ad me transmisso ha-
bentur religiosè expresserint omnia, solius tamen
Colloquij Hemelscheburgensis cita-
tionem expunixerint, ne præclaræ pugnæ, qvam ali-
quando pugnarunt, memoria refricitur. Qvod au-
tem inducendum omnino fuisset, nempe **Scriptu-**
ram

ram nihil esse penitus, nisi mortuam
& suspectam literam in libro, iunctum
reliquerunt, mentionem quidem Hemelschburgensis
Colloqvij adhortantes, interim neque metuentes,
neque intelligentes forte, quod edito suâ ope-
râ ejusmodi scripto manifestæ impietatis & blasphemie
sese adstringant. Qvis enim piorum, qvis
Christianorum & Catholicorum scripturam Dei ver-
bum esse umquam dubitavit? Qanta verò &
qvam immanis Impietas viventis Dei verbum quod
non potest non esse vivum & efficax, mortuam &
suspectam literam criminari? Sed tamen bellos flo-
sculos melancholiæ Bartoldi & ruditati pa-
pistarum Hildesiensium feramus acce-
ptos. Iniquè verò de vobis vestrisque ingenijs & e-
ruditione judicarem auditores, si persuasum habe-
rem, futilitatem ejus scripti à vobismet ipsis absque
me indice deprehendi non posse. Ne quid tamen
desideraretur, qvum de scriptura alias agere me nunc
oporteat octiduum ei rei impendam, ut qvam ir-
ritus imò ineptus Nihusij & Hildesiens-
sium!

fium nostrorum sit Conatus , breviter saltem &
obiter (neque enim accuratiorem operam mere-
tur) ostendam , initium ^{ovv θεω} facturus die Crafti-
ni horâ nonâ , loco Consveto . Valete o-
mnes . P. P. in Acad,
Julia.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-745536-p0011-3

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-745536-p0012-9

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-745536-p0013-4

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-745536-p0014-0

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-745536-p0015-5

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-745536-p0016-1

DFG


00 4 6446




WMA

Arbo ✓







Farbkontakte

23

PROGRAMMA
GEORGII CALIXTI S. THEOLOGIÆ
Doctoris & Professoris ordinarij
ad
S. S. THEOLOGIÆ STUDIOSOS
IN ILL. ACAD. JULIA
P. P.



CICERO CXCV.